

EXERCITATIO PHILOSOPHICA I.
DE
DEFINITIONE
EJUS, QUOD IN
SUBJECTO ESSE
DICITUR

ad mentem Aristotelis & Græ-
corum ejus Interpretum,

QUAM
CUM DEO
ET

Benevolo Amplissimi Philosophorum or-
dinis indultu,

IN ALMA SALANA
SUB PRÆSIDIO

M. MELCHIORIS *Zeidler*
REGIOMONT.

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
SISTIT

NICOLAUS BRETTERNITZ
ALLENDORFIO-THURINGUS.

Ad diem XXIIX. Junij

LOCO ET HORIS SOLITIS.

JENÆ, TYPIS CHRISTOPHORI KÜCHENII.

Anno M. DC. LVI.

Coll. diss. A
138, 48

50. cl. CXXXVIII. 48.

VIRIS

Magnificis, Maxime-Reverendo, Nobilissimis, Amplissimis, Excellentissimis & Clarissimis

Dn. FRIDERICO LENTZIO J. U. D. celebratissimo & Perillustri ac Generosissimi Comitis à Schwartzburg & Hohnstein &c. Lineæ Rudolphopolitanæ Cancellario eminentissimo, Sacri Synedrii Præsidi integerrimo.

Dn. LAURENTIO HENNINGIO J. C. to Famigeratissimo, Consiliario Rudolstadtio - Schwartzburgico Gravissimo.

Dn. TOBIÆ Beinsharden Secretario Schwartzburgico dignissimo.

Dn. JUSTO SÖFFINGIO SS. Th. D. Ecclesiæ Rudolph. Pastori, cæterarumq; tum in superiori, tum in inferiori comitatu Svartzburgico, illius Lineæ, Superattendenti Generali Vigilantissimo ac Consistorii Adfessori Primario.

Dn. JOHANNI FRIDERICO LENTZIO J. U. Licent. celeberrimo, itidem Consiliario Rudolstadtio - Schwartzburgico dexterrimo.

Dn. M. JOHANNI NICOLAO Stendern Scholæ Patriæ Rectori nominatissimo.

JUXTIMQVE

Speētatissimis, Prudentiâ, multoq; rerum usu instructissimis

Dn. JOHANNI W. Schneidern Aerario Scribæ Svartzburgico, ut meritiss. ita fidelissimo.

Dn. JOHANNI Beinsharden Frumentariorum reddituum Præfecto expeditissimo.

Dnn. Mecenatibus, Promotoribus, Patronis, Præceptoribus, cognato atq; Fautoribus omni pietatis & observantiæ cultu eternum suscipiendis, maclandis.

Hasce Musarum primitias

in

debitæ gratitudinis & observantiæ *τεκμηρίον*

et

ulterioris benevolentiae *ὀφειντήριον* consecrat

**Nicolaus Bretternitz Respondens
Alumnus.**





EXERCITATIO ACADEMICA I.
DE
DEFINITIONE EJUS, QUOD IN
SUBJECTO ESSE DICITUR AD MEN-
TEM ARISTOTELIS ET GRÆCORUM
EJUS INTERPRE-
TUM,

RESPONDENTE
NICOLAO BRETTERNITZ.

§. I.

Aristoteles in l. I. de demonstr: c. IV. enumerans § 5.
varios modos eorum, quæ PER SE dicuntur, in-
ter illos tertio loco meminit ejus, quo PER SE
ESSE dicitur illud ὅ μὴ καθ' ὑποκειμένον λέγε-
ται ἄλλο τι, quod non dicitur de ullo alio subje-
cto, substantia videlicet & ὅσα τοῦτέτι σημαίνει, ἔχ-
ετέρον τι ὄν, ἐστὶν ὅπερ ἐστὶ, quocumq; hoc aliquid
significant non aliud existentia quàm id quod sunt. Quæ quidem ver-
ba Themistius Euphrates non ignobilis Summi Philosophi inter-
pres, qui temporibus Juliani apostatae, à quo, Suida teste, consul
præfectus est Constantinopolis, claruit, ad primas substantias re-
stringit, quando in explanatione istius loci tertium τῶν καθ' αὐτὸ
modum, quem tamen ipse in quarta collocat sede, his verbis descri-
bit: λέγεσθαι δὲ καὶ τέταρτος τις ἄλλο τι τρίτον τε καθ' αὐτό. ἔκεί-
νῳ ἐτέρῳ κατηγορεῖσθαι, ἀλλ' ἀπλῶς ὅτι μὴ δι' ἄλλο ὄν, μηδὲ ἐν ἄλ-
λω τοιαῦτα γὰρ τὰ άτομα τῆς ὄσας, hoc est, Est verò & tertius ali-
quis modus ejus, quod per se dicitur, non quidem in his, quæ de alio præ-
dicantur, sed simpliciter in his, quæ neq; per aliud sunt, neq; in alio: atq;
hec individua substantiæ sunt. At aliis, qui penitus paulò in sen-
sum verborum Aristotelis introspexerunt, videntur illa ambitu suo
omnia quæ ipsa suis viribus constare possunt & notâ significatione

A 2

ὄσας

ἑσίασιν appellantur complecti s. primæ sive secundæ substantiæ nomine veniant. Nā & hæ, quas postremo nominabamus loco, hujus sunt indolis, ut ἕτερον τι ὄντα quam quod sunt, non prædicentur de ullo alio subjecto. Prædicantur quidem (non diffitemur) de substantiis, quas modò primas dicebamus: at hæ non sunt ἄλλο τι *aliud quid* à substantiis secundis, sed ὅπερ ἐκείνο quod sunt substantiæ ^{secundæ} vel rectius ὅπερ ἐκείνο τι. Illud enim de specie potius dicitur, quæ simpliciter est ὅπερ ἐκείνο, quod generis significatur nomine: substantia autem prima & individua est ὅπερ ἐκείνο τι, quod generis aut speciei voce exprimitur, quandoquidem τὸ τι signum est τῆς τῆς

- c. XXII. ὑποκειμένον ἀτομότητι, si credimus Johanni Philopono *comm: in i. de Dem.* ita scribenti: εἰ μὲν ὅτι τὸ ὑποκείμενον εἶδος, λέγεται ἀπλῶς καὶ καθόλου ὅπερ τὸ κατηγορούμενον, ἢ τοι τὸ γένος. εἰ δὲ ὅτι τὸ ὑποκείμενον ἀτομον, τότε λέγεται μετὰ προσδιορισμῶ ὅπερ τι κατηγορούμενον τὸ γὰρ τι προσκείμενον, ὡς σαφικόν ὅτι τῆς τῆς ὑποκειμένον ἀτομότητι. h. e. *Si quidem subjectum species est, simpliciter & universaliter dicitur ipsum prædicatum, nempe genus (intellige de re, quæ dicitur genus: non de ipsâ formali ratione generis, de quorum discrimine vide suo loco Alexandr: in i. Quæst: Natur: q: XI.) Si verò subjectum individuum est, tum dicitur cum determinatione ipsum quoddam prædicatum: Vocula τι enim addita subjectum individuum esse notat. Quanquam melius fortassis, uti nos existimamus, species quoque ipsa dicatur esse ὅπερ τι γένος (ἀπλῶς autem καὶ καθόλου ὅπερ τὸ τι ἦν εἶναι, quod definitione indigitatur: quo & Plato, si modò vera est interpretatio Accoramboni doctissimi Itali, digitum intendit: p. 264. se videtur qn: εἶδος h. e. ἑσίασιν τῆς κερκίδος αὐτὸ ὅπερ ὅτι κερκίς, p. 49. edit: vocat in Dialogo, cui Cratyli titulum præfixit). Cujus rei rationem Basil: An: damus hanc, quia species non est ἀπλῶς & ὅλως γένος, sed quoddam saltim, cum sit pars ejus, teste Philosopho in V. Phil. Primæ. Inde Platoni justitia non simpliciter virtus est, sed, ut ipse loquitur ἀρετή τις: nec rotunditas ἀπλῶς σχῆμα, sed σχῆμα τί: nec λευκὸν denique χεῶμα simpliciter, sed χεῶμά τι, in Dialogo, qui Menon inscribitur. Nec malè in eandem sententiam Eustratius doctissimus Moralium interpres in VI. Eth: ἡ ἀπλῶς τέχνη ὅτι ἡ οἰκοδομική, ἀλλὰ τις τέχνη, ὡς εἶδος τῆς ἀπλῶς τέχνης-ὡς εἰ τις λέγῃ τὸν ἀνδρωπὸν τι ζῶον εἶναι καὶ ὅπερ ἑσίασιν τις ἐμψυχὴ αἰσθητική. Διὰ τὸ καὶ*
- not in Arist: p. 264. se videtur qn: εἶδος h. e. ἑσίασιν τῆς κερκίδος αὐτὸ ὅπερ ὅτι κερκίς, p. 49. edit: vocat in Dialogo, cui Cratyli titulum præfixit). Cujus rei rationem Basil: An: damus hanc, quia species non est ἀπλῶς & ὅλως γένος, sed quoddam saltim, cum sit pars ejus, teste Philosopho in V. Phil. Primæ. Inde Platoni justitia non simpliciter virtus est, sed, ut ipse loquitur ἀρετή τις: nec rotunditas ἀπλῶς σχῆμα, sed σχῆμα τί: nec λευκὸν denique χεῶμα simpliciter, sed χεῶμά τι, in Dialogo, qui Menon inscribitur. Nec malè in eandem sententiam Eustratius doctissimus Moralium interpres in VI. Eth: ἡ ἀπλῶς τέχνη ὅτι ἡ οἰκοδομική, ἀλλὰ τις τέχνη, ὡς εἶδος τῆς ἀπλῶς τέχνης-ὡς εἰ τις λέγῃ τὸν ἀνδρωπὸν τι ζῶον εἶναι καὶ ὅπερ ἑσίασιν τις ἐμψυχὴ αἰσθητική. Διὰ τὸ καὶ
- c. IV.

καὶ μέρῳ εἶναι τὸ ζῷον τὸν ἄνθρωπον ὡς εἶδῃ εἰς τὸ γένῳ τὸ ζῷον
 ἀναφερόμενον. Quamobrem & species non ἀπλῶς ὅπερ γένῳ est,
 sed μετὰ προσδιορισμῶ ὅπερ ἐκείνῳ π: id quod hic obiter saltim &
 ὡς ἐν παρόδῳ monere voluimus. Illud interim ex dictis constat
 sufficienter, genus de specie & utrumque de prima substantia non
 dici ὡς κατ' ἄλλῃ ὑποκειμένης adeoq; & genus & speciem substan-
 tiarum primarum, quas secundas substantias cum *Autore libri Ca-* c. V.
teg: appellare consuevimus, esse per se in tertio ejus, quod καθ'
 αὐτὸ esse dicitur, modo: non enim sunt ἕτερόν π, sed ipsum εἶναι
 substantiarum primarum, aut saltim aliquid ejus. Quò respexit
Philosophus, quando ita scripsit in 1, *de Dem: c. XXII:* τὰ ἑσίαν σημαί- § 7.
 νοντα σημαίνῃ (ἢ τοιδηλοποιῶσιν καὶ περιῶσιν) ὅτι (ἐκείνο τὸ ὑποκεί-
 μενον δηλονότι καθ' οὐ κατηγορεῖται οὐσιωδῶς τὸ κατηγορούμενον
 ὅτιν ἀπλῶς) ὅπερ ἐκείνον ἢ ὅπερ ἐκείνῳ π. Hæc ibi *Aristoteles* exce-
 ptis iis quæ illustrationis ergò parenthesis inclusa & *Philopono* acce-
 pta ferenda sunt.

§. II. Per se igitur tertio modo dicuntur omnes ἑσίαν sive
 primæ illæ sint, sive secundæ: Quibus *Philosophus* opponi dicit, quæ
 sunt δι' ἄλλο per aliud (non τὸ κατὰ συμβεβηκός, quod prioribus
 duobus τὸ καθ' αὐτὸ modis contrarium erat, ut ex laudati capituli
 n: IV. apparet: quandoquidem entia per se sunt, quæ distributa
 sunt εἰς χήματα τῶν κατηγοριῶν, nempe sumto τῷ per se, prout τῷ
 κατὰ συμβεβηκός opponitur. *l. V. Met. c. VII.* horum verò ambitu
 continentur, quæ ei quod per se tertio modo erat, opponuntur) ac-
 cidentia intellige h. e. quæcunq; de alio subjecto dicuntur i. e. tali
 quod non sit ὅπερ ἐκείνο aut ὅπερ ἐκείνῳ π, quod illorum significa-
 tur nomine: τὸ ὑποκείμενον τούτοις, ait iterum *Philoponus* in 1. *de*
Dem: c. XXII, μήτε ὅπερ τὸ κατηγορούμενον ὅτι, μήτε ὅπερ τὸ κα-
 τηγροῦμενον π. ὅταν γὰρ εἶπω τὸν ἄνθρωπον λευκὸν εἶναι, ἕτε ὅπερ
 λευκὸν ὅτιν ὁ ἄνθρωπος, ἕτε ὅπερ λευκὸν π. συμβέβηκε γὰρ τῷ ἀνθρώ-
 πῳ τὸ λευκὸν μηδὲν συντελοῦν εἰς τὸ εἶναι αὐτῶ. H. e. id quod hic
 (accidentibus) *subjectum est neg₃ est illud ipsum quod de eo predicatur*
(puta ut accidens) neg₃ ipsum quoddam. Quando enim dico homi-
nem esse album, tum neg₃ id ipsum quod album est homo est, neg₃ aliquid
quod album est: quoniam homini accidit album nihil conferens ad es-
sentiam ejus. Conf. Arist. lib. 1. de demonst. c. XXII. & lib. IV. Sapien- S. 7.
 tia

tiæ c. IV. Porro quod Aristoteles partim laudato antè loco, partim
 alibi, v. gr. *1. Phys. c. III. & IV. 1. Met. c. VII.* dixit κατ' ἄλλας κατηγορεῖσθαι, id Autor libri *categ.* (qui quod Aristoteles ipse sit vix nobis
 persuadere possumus) suo quodam consilio ἐν ὑποκειμένῳ εἶναι
 pronunciat. Inde Philoponus in explicatione dicti loci: ἀντὶ τῆς ἐν
 ὑποκειμένῳ τὸ καθ' ὑποκειμένους παρέλαβε: *De subjecto dici acce-*
pit (Philosophus) præ in subjecto esse. Qui repetens ista, sed aliquan-
 to diffusius in *c. XXII:* ὅσα, inquit, μὴ σημαίνεσθαι εἶναι, ἐν ὑποκει-
 μένῳ τινὶ ἔχειν τὸ εἶναι. τὸ γὰρ καθ' ὑποκειμένους ἐν ταῦτα κατὰ χρησι-
 κῶς ἔλαβεν ἀντὶ τῆς ἐν ὑποκειμένῳ. ἐν δὲ ταῖς κατηγορίαις ἀποφο-
 ρὴν ἔφησεν εἶναι τῆς ἐν ὑποκειμένῳ ἢ τῆς καθ' ὑποκειμένους λέγεσθαι.
 ὡς ἐν ταῦτα κατὰ χρησιμῶς, ἐχρήσατο πατέρω ἀντὶ πατέρω: *Quæcumque*
non significant substantiam, in subjecto quodam esse suum habent. Nam
τὸ de subjecto (dici) abusive hinc accepit pro esse in subjecto: In Cate-
goriis verò differentiam esse dixit inter id quod in subjecto est & de sub-
jecto dicitur. Quare hinc abusive usus est uno pro altero. Idem Catego-
riarum autor cap. II. quid sit εἶναι ἐν ὑποκειμένῳ seu, ut Aristoteles
 loquebatur κατ' ἄλλας ὑποκειμένους κατηγορεῖσθαι, declarat his verbis:
 ἐν ὑποκειμένῳ λέγω, ὃ ἐν τινὶ μὴ ὡς μέρος ὑπάρχον, ἀδύνατον χω-
 ρεῖσθαι εἶναι τῆς ἐν ᾧ εἶναι h. e. *in subjecto (esse) dico quod, cum alicui non*
ut pars insit, impossibile est esse sine eo in quo est. Quibus verbis tria
 ad hoc requiri, ut aliquid in aliquo esse dici queat, tanquam in sub-
 jecto, quivis etiam sine interprete intelligit, nempe requiritur 1.
 ut revera alicui insit. 2. ut non insit tanquam pars. 3. ut absq; eo,
 cui inest, existere non possit. Uti autem hoc planum est: Sic è con-
 trario satis dubium, an requisita hæc sufficienter rationem ejus
 quod in subjecto esse aut de subjecto alio prædicari dicitur, expri-
 mant. Cum enim accidentis ratio ἐν τῇ ὑπάρξει ἐν ὑποκειμένῳ
 sita sit, quibusdam accidentibus requisita illa convenire videntur,
 quibusdam non item; ex adverso autem convenire iis, quæ acci-
 dentia ἀληθῶς non sunt. Hinc jam antiquitus quidam κακίως
 τὸν ὀρισμὸν τῆς ἐν ὑποκειμένῳ. οἱ μὲν, ἐκ τῆς πλεονάζειν. οἱ δὲ, ἐκ τῆς
 εὐλείπειν. αὐτὴ γὰρ κακία ὀρισμοῦ, τὸ μὴ ἀντιθέσθαι πρὸς τὸ ὀρι-
 στὸν, ἀλλ' ἢ πλείονα ἢ ἑλάττωνα λαμβάνειν, ἢ ἐλάττωνα, quæ verba sunt Am-
 monis, *comm. in lib. categ. c. 2.* Hæc vitiosam nonnulli definitionem ejus
 quod in subjecto dicitur esse asseriebant, his ἤνιμις latam, illis ἄνιμις stri-
 ctam

Etiam eandem esse dicentibus, quorum utrumq; in vitio positum est, quo-
 niam definitionem converti oportet cum definito. Horum vestigiis et-
 iamnum insistent aliqui idem definitioni isti crimen intentantes.
 Et quidem, qui nimis laxam definitionem esse confirmant, illi (ut
 summam singula complectamur) hæc, quæ sequuntur objiciunt.

1. Res creatæ sunt in Deo juxta illud *Apostoli*: ἐν αὐτῷ ζῶμεν, καὶ
 κινούμεθα, καὶ ἐσμέν; *Act. XVII.* 2. Corpus omne est in loco: 3. To- v. 28.
 tum est in partibus: 4. Ignis in corpore aliquo: αἰεὶ γὰρ φαίνεται *Confer*
 τὴν μορφὴν οὐκ ἰδίαν ἔχον, ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ τῶν σωμάτων. ἢ γὰρ ἀνεῖ, ἢ *Theoph.*
 καπνός, ἢ γῆ φαίνεται τὸ πιπυρωμένων, ait *Philosophus* in III. de lib. de Igne
Gen. An. 5. Forma substantialis est in materia. 6. Accidens secundi in p. 423. c-
 illis, quibus primus convenit: Sunt a. hæc omnia in iis, in quibus dit. Ba-
 esse dicebantur, ita ut non sint partes eorum, neque esse possint sine tav. ann.
 eis; nihilominus non sunt in eis ὡς ἐν ὑποκειμένῳ, quia non ut ac- 1613.
 cidentia, uti quidem accidens in *Categor.* libro usurpatur. Qui c. XI.
 autem angustiore quàm decebat, esse contendunt, urgent 1. defi-
 nitionem τὸ ἐν ὑποκειμένῳ videri solum tribui posse accidentibus
 inseparabilibus: Hæc enim sola sunt quæ non possunt esse sine eo
 in quo sunt. At separabilia in eo in quo sunt, possunt & non esse.
 Inde *Philosophus* accidens dicit ὁ ἐνδέχεται ὑπάσχειν ὁπωσὺν ἐνὶ καὶ
 τῷ αὐτῷ, καὶ μὴ ὑπάσχειν l. i. *Topic. c. V.* ejus simile quid occurrit §. 9.
 apud *Platonem*, qui accidens dicit, quod possibile est ἀγαγίγνεσθαι
 καὶ ἀπογίγνεσθαι, in *Sophista*. Quæ utriusque *Philosophi* verbi de pag. 107.
 accidente forsan, quod χωριστὸν separabile communiter cum Por- c. VI.
phyrio appellant, accipienda sunt: aut si de illo etiam, quod cum
 eodem ἀχώριστον inseparabile dicunt, eò fortius stringet objectio.

2. Et quid multis? Accidentia quædam de subjectis migrare vel sen-
 sibus percipimus: Odor sanè accidens est: egréditur tamen è po-
 mo & aliis odoriferis ita ut ad nares nostras perveniat etiam longè
 semotas ab illorum substantia. Possunt igitur accidentia quædam
 esse sine eis, in quibus erant. Hæc illi. Quibus omnibus aut satis-
 faciendum, aut definitioni isti τὸ ἐν ὑποκειμένῳ æternum vale di-
 cendum: quorum posterius ut agamus certis de causis à nobis vix
 impetrare possumus. Conabimur ergò prius pro ingenii nostri mo-
 dulo. Ut autem res succedat eò felicius, juvabit singula definitio-
 nis membra expendere eorumq; genuinum sensum ex ipso *Aristo-*
tele

tele & aureis Græcorum Interpretum commentariis indagare. Hoc enim facto speramus fore ut difficultates omnes sponte suâ corruant multisq; obscuris in *Philosopho* nostro textibus lux aliqua affundatur.

c. V.

§. III. Cæterum primum omnium quod in definitione propositâ ejusq; primo membro nobis considerandum est, est vocabulum ὑπάρχον. Hoc enim in præsentî utitur *Philosophus*, non τῷ εἶναι ἐν τινί: inter quæ duo discrimen intercedit sat amplum. Et hujus quidem in *IV. Phys.* octo enumerantur significata. Nempe dicitur aliquid esse in alio vel *ut pars in toto*, ut digitus in manu: vel *ut totum in partibus*, ut corporis ὁλότης in capite, manibus, pedibus & reliquis membris: vel, *ut species in genere*, ut homo in animali: vel *ut genus in specie* ut animal in homine: vel *ut forma in materia*, ut anima in corpore: vel ut τὸ ἀρχόμενον ἐν τῷ ἀρχονί καὶ πρώτῳ κινήματι, ut res Græcorum in rege: vel ὡς ἐν τελικῷ αἰτίῳ, ut avarus in divitiis: vel deniq; *ut in loco*, ut Socrates in Lycæo aut foro. Quibus in sequentibus additur nonum, quo quid esse dicitur in alio, *ut in tempore*. At non omnia quæ secundum hæc significata sunt in aliquo, illi etiam ὑπάρχειν dicenda sunt: Quis enim rem Græcorum regi; aut avarum divitiis; aut Socratem tempori ὑπάρχειν dixerit? Sed illa demum, quæ de iis quibus inesse dicuntur, verè affirmantur. Quod nos sentire jubet ipse noster c. XXXVI. in *1. de Syllogismo* ita scribens: ὅσα καὶ τὸ εἶναι λέγειται, καὶ τὸ ἀληθὲς εἶπέν αὐτὸ τῆτο, τοσαυτὰ καὶ οἰεῖσθαι χρὴ σημαίνειν τὸ ὑπάρχειν: & paulò post: τὸ ὑπάρχειν τὸδε τῶδε, ἢ τὸ ἀληθεύειν τὸδε καὶ τῆδε conjungens, quasi ejusdem sũnt valoris. Inde fit ut ex dictis τὸ εἶναι ἐν ἄλλῳ modis genus quidem ὑπάρχειν speciei, quoniam dicitur de ea, ut animal de homine: & forma materiæ: nam & ipsa de hac dicitur, ut docetur in *IIIX. Metaph. c. II. & IX. c. VII.* At Socrates non ὑπάρχειν tempori; nec res Græcorum regi; nec avarus divitiis &c. quoniam nihil horum de eo in quo esse dicebatur ἀληθῶς dici potest. Quo observato jam uno ruunt impetu prima & secunda objectio. Sumus enim nos & omnes res creatæ in Deo ut ἀρχόμενον ἐν τῷ ἀρχονί: vel etiam ὡς ἐν τῷ τέλει h. e. eo cujus gratia. Non solum enim omnes totum esse ab eo participant: sed & omnes in eum tendunt & anhelant, tanquam in supremum

mum

mum perfectionis propriæ terminum. Quâ de re lubet recitare di-
 vina verba *Eustratii* è commentario, quem scripsit in *i. Moral. Ari-* c. I. fol. 2.
stotelis: ἔστι μὲν τὸ κοινὸν ἀγαθὸν, ἃ πάντα ἐφίεσθαι καὶ εἰ ὁ πάντα
 εἶν ὁμῶς τὰ τε ταπεινότερα τὰ τε ὑψηλότερα. τὸ δὲ εἶν ὁ θεὸς, ἐξ
 ἃ τὰ πάντα, καὶ δι' ὃ, καὶ εἰς ὃ. *Est sanè commune aliquod bonum,*
quod omnia appetunt & propter quod omnia sunt tam humiliora quàm
sublimiora. Hoc verò Deus est; à quo, & propter quem, & ad quem
sunt omnia. Quæ autem hoc modo dicebantur esse in aliquo, illa
non dicebantur ὑπάρχειν ei. Quod & dicendum est ad secundam
objectionem. Etsi enim corpus dicatur esse in loco, non tamen
ὑπάρχει loco: quia aliàs corpus verè diceretur de loco, quod ne-
*mo facillè dixerit. Responzionem hanc suggerit nobis ipse *Sim-**
plicius comm. in lib. categ. Facillimè, inquit, dubitatio hæc (de corpore c. II.
existente in loco) solvitur, si præpositioni ἐν jungamus ὑπάρχον.
Accidens enim ὑπάρχει subjecto. Sed quæ sunt in loco, non dicuntur
ὑπάρχειν.

§. IV. Ex eodem fundamento satisfieri potest objectioni,
 quæ in ordine quarta erat & tanti est momenti, ut moverit viros et-
 iam præclari ingenii & iudicii, ut ignem non substantiam, sed ac-
 cidens esse perhiberent. E quorum numero est *Thomas Fienus* illu-
 stre olim *Lovaniensis Lycæi* ornamentum, cujus in pro sua de A-
 nimatione factus tertiâ die *Apologia* adversus *Anton. Ponce Santa-*
cruz quintum pro sententia illa argumentum est hoc: *Substantia*
est ens per se subsistens non existens in alio, neq; illi inherens ut subjecto:
at ignis per se nusquam subsistit; sed semper est in alio ut subjecto, sicut
accidentia: & demto subjecto cui inhaeret, nihil est ignis. Inde por-
rò alii ignem ex elementorum numero eliminant omnem fat in-
formi consequentia: quoniam ab igne nostro Διακονικῶν ad illum
qui elementum est, concludere non fas est. Nempe de hoc valet
illud Alexandri in II. de An. τὸ μὲν γὰρ πρῶτως καὶ κυρίως πῦρ λε-
γόμενον οὐκ ἔστι ἐν τῷ ἀνθρακι ἔδὲ ἐν ξύλῳ ἢ ἄλλῃ τινὶ τοιαύτῃ ὕλῃ.
καθ' αὐτὸ γὰρ ἢ ὑπόστασις ἐκείνω, ὡς περὶ αἶρα τὴν γῆν καὶ ὕδατι. H.c.
Is qui primò & principaliter ignis dicitur non est in carbone, neq; in li-
gno, aut alia quadam simili materia: Habet enim per se subsistentiam
non secus atq; aër & terra & aqua. ἀλλὰ δεῖ τὸ τοῖστον γένεσθαι ζητεῖν
ἐπι τῆς σελήνης, l. III. Gen. An. c. XI. Sed nec de igne, quem Δια-

B

κονικῶν

κωνικόν Græcorum Scholæ dicunt, probatum adhuc est esse illum
 accidens. Est quidem ignis iste ἐν ἐτέρω σωματίων, ut supra dicebat
 Aristoteles, cui junge *Theoph. l. de igne*: verum ut in loco seu ut
 in statumine, cui innititur & à quo quasi custoditur. Pollet enim
 ignis omnis, etiam qui circa terram est levitate naturali adeò, ut ne
 quidē in ipso aëre possit quiescere, sed supra illum nitatur adscen-
 dere quantum in se est. Unde & alia corpora aliàs gravia, si
 igniantur, etsi non adscendant sursum, solito tamen redduntur
 leviora & non parùm ponderis sui amittunt, quod si ferrum ali-
 quod nunc ignitum, nunc frigidum bilance expendatur, liquidò
 apparet. Ut itaq; ignis apud nos detineatur, necessum est illum
 comprehendi alio quodam corpore eoq; velut vinculo quodam
 constringi, ne avolet: propter quod tamen ei ὑπάρχειν nondum
 dicendum est: nam & aqua, si in aëre detineri debeat, necesse est
 ut comprehendatur corpore aliquo, cui adnitatur, nemo tamen ob
 id aquam corpori illi ὑπάρχειν aut in eo ὡς ἐν ὑποκειμένῳ esse
 dicet. Adhæret etiam ignis hic perpetuò alicui corpori ratione
 alimenti: mirus enim belluo est & deficiente pabulo, expirat, non
 secus ac fluvius, nisi ex fonte perennis aqua suppeditetur, evane-
 scit tandem. Id scil. est, quod à veteribus ferebatur, ὅτι τροφήν αἰεί
 ζητεῖ τὸ πῦρ, ὡς σὺκ ἐνδεχόμενον αὐτὸ διαμῦναι ἄνευ τῆς ὕλης:
*ignem semper pastum desiderare nec incolumem absq; materia esse
 posse, teste Theophrasto in insigni de Igne libello.* Quanquam &
 (quòd tertio hîc notamus loco) interdum nobis hîc phantasia im-
 ponat, ut arbitremur ignis formam in eo esse, in quo non est. v. g.
 in ligno, cum in eo non sit, sed in materia potius ejus, quæ ante
 quidem fuit sub forma ligni, jam autem facta transmutatione ex
 alterâ parte est sub forma ignis. Huc tendere videtur responsione
 suâ *Alexander*, quam suppeditavit nobis in l. c. his verbis: τὸ Δια-
 κωνικὸν πῦρ τὸ τῆς παρ' ἡμῶν ὕλης δεόμενον, εἰδὲ αὐτὸ ἐν ὑποκειμέ-
 νοις τῶν ὑλικῶν ὅτι οἷον ἐν τῷ ξύλῳ ἢ τῷ ἀνθρακι. ἀλλ' ἐστὶ τῶν
 ἑκάστον ὕλη τῶ πύρι. ὅτε γὰρ πῦρ γέγονεν, σὺκ ἀνθραξ ἐστὶν ἐπι. εἰδὲ
 ξύλον. ἀλλὰ ἐνεργεία μὲν πῦρ ὅτι. δυνάμις δὲ ἀνθραξ-τὸ δὲ ἔχον ἐν
 ὑποκειμένῳ τὴν οἰκείαν φυλάσσειν εἰσὶν, ἔχειν τὸ. ὡς γὰρ ὁ αἰ-
 ῆρ ἐξ ὕδατος μεταβάλλων δυνάμις μὲν ὕδατος ὅτι, ἐνεργεία δὲ εἰς, Δια-
 τὸ εἰδὲ ἐν ὑποκειμένῳ τῷ ὕδατι, ὁ αἰῆρ, ἔτι εἰδὲ ὁ ἀνθραξ πῦρ
 γενό-

P. 423.

γενόμενον, ἐν ὑποκειμένῳ αὐτῷ τὸ πῦρ ἔξει. μηκέτ' ἀνθραξ μένων.
 Quæ verba hunc pariunt sensum: Sed neq; ignis, qui apud nos mora-
 tur nostrōq; inservit usui, ut ut materiâ indigeat, est in materialibus sub-
 jectis, ut in ligno aut carbone. Verùm unumquodq; horum materiam igni
 subministrat. Quando enim ignis factus est, non amplius carbo est: neq;
 lignum, sed actu quidem ignis est, potentiâ vero carbo. At quod in se
 quidpiam velut in subiecto comprehendit, id propriam retinens natu-
 ram illud continet. Ut igitur aër ex aquâ genitus potentiâ quidem aqua
 est, actu autem non item, & ea propter aër in aqua non est ceu in subje-
 cto: Sic neq; in carbone jam in ignem mutato ignis erit tanquàm in sub-
 jectō, cum carbo non supersit amplius.

§. V. Postquam constitit nobis de vi vocis ὑπάρχον, quæ
 prima erat in primo membro, pergimus jam ad alteram, quæ in eo-
 dem occurrit & est vocula π. Dicitur enim id, quod est in subiecto
 ὑπάρχον τι. Hanc unum quid notare quivis facilè nullo etiam
 monente intelligit. Placuit tamen Platoni monere id in *Sophista* p. 104.
 dicenti ἐνὸς τὸ π σημεῖον εἶναι τὸ δὲ τινὲ, δυοῖν. τὸ δὲ τινὲς, πολλῶν.
 Quo posito jam ceu valido ictu prostrata cernitur objectio, quæ
 tertio nobis in §. II. nominabatur loco. Totum namq; non est ἐν τι, c. II.
 sed ἐν πιν: διότι ἡ ὁλότης οὐκ ἐνὶ μέρει, ἀλλ' ἐν πᾶσι θεωρεῖται ἐνὸς γέν-
 μερῶν ἀφαιρεθέντος, κολοβὸν τὸ ὅλον εἶναι βέλεται, καὶ ἔκάν κλη-
 θεῖν ὅλον: quando quidem non in parte una totius ratio, sed in omnibus
 spectatur: Ideò una parte adempta totum minutum & mancum vult esse,
 nec poterit totum vocari. Hæc Ammonius comm. in l. *Categ.* Verùm
 nondum satis expendimus potestatem vocis π. Neque enim illa
 hoc loco sine discrimine notat quodvis unum sive substantia sit s.
 quantum s. quale aut simile quicquid. Novimus quidem quod inter-
 dum in tali significatione vox hæc etiam apud Aristotelem occur-
 rat: sed tum κοινῶς ea utitur & ibi locorum, ubi ἀκρίβεια omnis
 est ἀκαχε, ut Galenus loqui solet. At heic intempestiva non
 est ἀκρίβεια ista, cum de vi vocis in definitione usurpatæ sermo sit,
 à quâ omnis ἀκυρολογία procul abesse debet, monente ipso *Philo-*
sopho in *VI. Top.* Caterum quando ἰδίως magis voce dictâ utitur
Aristoteles, tum illa ἁσίαν s. substantiam ei significat, cui oppo-
 nuntur πρὸν π: ποῖόν π: πρὸς π & similia. Patet id cum ex a-
 liis locis, tum præcipuè ex l. I. *Eth.* c. VI. ubi postquam dixisset Phi- al. c. IV.

pag. 73.

Philosophus bonum per omnes vagari categorías, inductione id postea declarat & ita orditur: καὶ γὰρ ἐν τῶν τι λέγεται, ὅτι οὐ θεός, καὶ ὁ υἱός &c. ubi τὸ τι aliud quàm εἶναι denotare non potest: Quod intellexit Eustratius. Ideò enim in comm. istius loci: τὸ τι, inquit, ὅτιν ἢ οὐσία. τὸ γὰρ τι ἐπὶ ὑφρηκότητος πρῶτον λέγεται, οὐδεμία δὲ τῶν ἄλλων κατηγοριῶν, ἔχει τὸ ὑφρηκέναι καθ' αὐτὸ καὶ μὴ ἐν ὑποκειμένῳ εἶναι, ἀλλ' ἢ μόνῃ ἢ οὐσία. H. e. Illud τι significat substantiam: quoniam de re subsistente dicitur. Nulla autem reliquarum categoriarum subsistentiam per se habet & non potius in subiecto præterquam sola substantia. Neque Aristoteles primus τῶν τι in eâ significatione usus esse videtur: sed jam ante eum Plato in eadem id usurpavit in Theæteto, ubi distinguit inter τὸ τι & ὅποιον οὖν τι. Interim nec τὸ τι etiam, cum de substantia usurpat, Philosopho nostro simpliciter dicitur, sed in genere φύσεως quidem πρῶτως καὶ κυρίως de eo, quod alias τὸ δέ τι ei audit. Unde passim duo hæc conjungit: ut VII. Met. 1. & crebro invicem permutat, ut patet inter alia ex collatione VII. Met. III. & IIX. Met. I. Et hæc ipsa significatio à præsentī consideratione aliena non est. Requirit enim Aristoteles ad illud subiectum, quod ὡς ζῶον τοῖς πάθεσιν ὑποκείται, ut sit τὸ δέ τι lib. VII. Met. c. XIII. at tale vel certè simile illi, καὶ ἀναλογίαν est illud ipsum subiectum, de quo nobis hoc loco sermo est. Hinc Alexandri illud natum est in II. de An. δεῖ τὸ ὑποκείμενον πρὸς ἐν ὑποκειμένῳ ὄντι τὸ δέ τι εἶναι. Igitur ut quid τὸ τι in definitione nostra sibi velit, in lucem protrahatur, videndum nobis est quid Aristoteli τὸ δέ τι significet, quoniam hoc γνωσμάτερον est & clarius in scriptis ejus expressum. ὡς περὶ γὰρ τὰ νομίσασθα πρὸς τὸ αὐτοῖς ἕκαστον γνωσμάτατον δοκιμάζουσιν: οὕτω καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις: Ut enim nummos ad id quod quisq; exploratum certumq; habet, probare solet: Ita in cæteris quoq; agendum est, lib. I. Hist. An. c. VI. Et, ut lib. I. Hist. Theophrastus ait: Διὰ τῶν γνωρίμων μετὰδιώκειν δεῖ τὰ ἀγνώριμα: Plant. c. Notis ignota persequi oportet. Non potest verò non notum esse iis qui in lectione Aristotelis quandam locarunt operam τὸ δέ τι, si non semper (non enim ignoramus τὸ δέ τι quandoque καταχρηστικῶς pro quavis substantia usurpari) ut plurimum tamen ei substantiam dici definitam & determinatam, quæ quidem in naturalibus

libus

libus est ea quæ composita est ex materia & forma. Nempe in his τὸ-
 δε subjectū notat, ut explicat *Ammonius comm. in lib. categ. c. V.* qui
 jam pro nobis balbutientibus scilicet loquatur: σημαίνει μὲν οὖν
 αὐτῷ τὸ, τὸδε τὸ ὑποκείμενον δείξεως γὰρ ἔστι σημαίνει. οὗτο γοῦν
 αὐτὸς (αριστοτέλης) ἐν τῇ Φυσικῇ τὴν ὕλην ὑποκείμενον καλεῖ. ἀμ-
 φω γδ' ὠροσμεῖα, καὶ τὸ τὸδε ὡς δείξει ὑποπίπτον, καὶ ἡ ὕλη ὡς ἡ
 αὐτὴ μένεται, πύων τῶν ἐν αὐτῇ τρεπομένων, εἶπερ ὁ λέβης δύνα-
 ται μετασχηματισθῆναι, καὶ γενέσθαι ἀνδρίας. καὶ ὁ ἀνδρίας πάλιν με-
 τασχηματισθῆναι, ἕτερόν τι γενέσθαι, οὐδὲν ἤτιον μένοντος τοῦ χαλ-
 κοῦ ὅπερ ἦν πρὶν γένησθαι λέβης, ἢ ἀνδρίας, ἢ τί τῶν τοιούτων. τὸ
 τὸδε οὖν, καὶ τὴν ὕλην, ὑποκείμενα καλεῖ. *Igitur τὸ τὸδε quidem*
subjectum ei notat. Est enim nota ostensionis (ejus quod quasi digito
 monstrari potest, ut *Alexander* habet in VII. Met. & *Simplic.* in II.
 de An.) *Sic igitur ipse materiam subjectum in Physica vocat. Ambo e-*
nim definita sunt ἔ τὸ τὸδε quasi sub demonstrationem cadens (ὡς ὑπὸ
 αἰσθησιν καὶ δείξιν πίπτον, quæ sunt *Simpl. c. l.*): *ἔ materia quæ ma-*
net eadem omnibus quæ in ipsa sunt mutatis: siquidem lebes transfigu-
rari ἔ statua fieri potest: ἔ statua rursus figuram immutare ἔ aliud
quid fieri: are nihilominus manente id quod prius erat quàm lebes fa-
ctus aut statua aut aliquid istiusmodi esset: itaq; ἔ τὸ τὸδε ἔ mate-
riam subjecta vocat. Quæ verba doctissimi Interpretis nobis re-
 vocant in mentem ea quæ olim in Platone legimus. Sunt autem *in Timæo*
 ista: ἐν ᾧ ἐγγιγνόμενα ἕκαστα αὐτῶν (loquitur de elementis) φαν- *p. 485.*
 τάσσεται καὶ πάλιν ἐκείθεν ἀπόλλυται, μόνον ἐκείνο, ἀν' ὡροσμεῖα.
 τῶδε κοῦτο καὶ τῷ τὸδε ὡροσμεῖα ὀνόματι. τὸ δὲ ὑποιοῦν τι θερ-
 μὸν ἢ λευκόν, ἢ καὶ ὀτιοῦν τῶν ἐναντίων, καὶ πάνθ' ὅσα ἐκ τούτων,
 μηδὲν ἐκείνο ἀν' τούτων καλεῖν. Quæ sic in Latinum sermonem con-
 vertit *Marsilius Ficinus: Illud in quo fieri singula hæc videntur, ac de-*
inde dissolvi solum iis pronomibus quibus hoc vel illud signamus, appel-
landum puto. Quale verò quodammodo calidum scilicet vel album,
vel aliquid tale contrarium vel ex contrariis illud minimè appellandum.
 τὸδε igitur in naturalibus subjectum (vel materiam) notat. Id
 quod sua natura indeterminatum est, ut docetur in VII. Met. c. III.
 τι autem determinatum & definitum quid notat. Inde τὸδέ τι si-
 gnificabit subjectum determinatum. Porro subjectum illud de-

terminatur per formā. Illa n. facit, ut materia quæ in se erat ἀόριστος
 audiat ὀρίζομενον & determinatū quid. Subjectum a. determinatum
 est ipsum compositū ex materia & forma. Hoc igitur demū dicendū
 erit in genere τῆς φύσεως τόδε τι: Materia n. cū naturā suā sit ἀδιόρι-
 στος & in formis, τόδε τι non est. ἄδὲν γδ τόδε τι χωρὶς εἶδους, ait Alex.
 in II. de An. Et Simplicius com. in II. de An. c. 1. Ἐκ τῆς εἶδους τὸ εἶναι ἄρισ-
 μῶς ἢ τελείως εἶναι. Sed nec forma ipsa est τόδε τι: quia nō est ἄρισ-
 μένόν τι, sed ipse ὅρος, per quem alterū est τόδε τι, nempe substantia
 composita ex materiā & forma. Totam hanc doctrinam paucis com-
 plexus est Aristoteles in II. de An. c. 1. his verbis: τῆς ἕσας, inquit,
 τὸ μὲν ὡς ὕλη, ὃ καθ' αὐτὸ μὲν οὐκ, ἐστὶ τόδε τι. ἕτερον δὲ, μορφή ἢ
 εἶδος, καθ' ἣν ἤδη λέγεσθαι τόδε τι καὶ τρίτον, τὸ ἐκ τῶν (καὶ οὐκ
 ὅτι μόνως τῷ λόγῳ, ἀλλὰ ἢ τῇ αἰσθήσει) τόδε τι, quod addit Themi-
 stius in παραφρ.) In quæ Philosophi verba ita commentatur erudi-
 tissimus Simplicius: ἔτε ἡ ὕλη τόδε τι ὡς ἀόριστος, ἀλλ' τὴν ἀτελή ἢ
 δυνάμει, καὶ δεικτικὴν μὲν ὄρε, ἔπω δὲ ἄρισμένην ἕσιν. ἔτε τὸ εἶδος.
 ὄρε γδ τῆς καὶ τελειότης καὶ πρώτης καὶ καθ' αὐτὴν ἕσιν, ἀλλ' ἔ-
 τὸ ὀρίζομενον καὶ τέλειον ἢ οὐσιωμῶδες, καὶ ἡ καθ' ἕτερον οὐσία. ἐφ'
 ἧς τὸ τόδε τι λέγομεν. *Neg, materia est τόδε τι ut indefinita, cum sit
 substantia imperfecta & potentiā, capax quidem termini, neutiquam
 verò terminata. Neg, species. Terminus enim ipsa est & perfectio & pri-
 ma ac per seipsam substantia: & non determinatum & perfectum &
 substantificatum & per aliud substantia. Unde tamen τόδε τι dicimus.*
 Quadrant autem singula hæc in substantiam compositam.

§. VI. Τόδε τι igitur Philosopho nostro κυρίως acceptum,
 notat subjectum hoc quod digitis quasi monstrari potest, determi-
 natum certa specie & formā. Quod quidem subjectum est substan-
 tia illa, quæ Autori lib. categ πρώτη dicitur. Solam enim compo-
 sitam hęc voce ibi complecti eum testatur Ammon. & cum illo In-
 terpretes Græci omnes, quos nobis quidem videre contigit. Illius
 verba adscribere placet: Διαλέγεσθαι δὲ ἐνταῦθα ὁ ἀριστοτέλης οὔτε πε-
 ρὶ τῆς ἀπλῆς ἢ κρείττονος τῆς συνθέτης, οὔδ' ἂν πρόκειται αὐτῷ θεολογεῖν,
 οὔτε περὶ τῆς ἀπλῆς καὶ χείρονος τῆς συνθέτης, οὐ δὲ γδ φυσιολογεῖν
 αὐτῷ πρόκειται, ἀλλὰ περὶ τῆς συνθέτης μόνης. καὶ ταύτης φησὶ, τὴν
 μὲν εἶναι πρώτην. τὴν δὲ, δεύτην. *Non differit hic (in Categ.) Ari-
 stoteles de simplici & ea, quæ composita prestat substantia: neg, enim de
 rebus*

rebus divinis sibi disputare proposuit: neq; de altera simplici, quae com-
 positâ deterior est: neq; enim natura abditos recessus scrutari instituit:
 Sed de sola composita, quam vel primam vel secundam esse dicit. Ex his
 igitur illam solam, quæ prima ei audit, propriissimè τὸδε τι signi-
 ficare dicit *c. V. §. 16*: Secundæ enim etsi & ipsæ videantur τὸδε τι
 significare τῷ χήματι τῆς περὶ τὴν ἀκρίβειαν: ἀκριβῶς tamen loquendo
 τὸδε τι non significant: quia non unum, quod ὑπὸ δειξίν cadat,
 subjectum notant: Sed si quidem ut essentiam significant aut ali-
 quid ejus, spectentur, τὶ ἐν τῷ δέ τι notant: unde & in quid est de
 substantiis singularibus prædicantur: Si autem, ut universale quid,
 ποιόντι potius vel ποιόνδε, τῶν ὁμοιότητων nempe secundum essentiam,
 καθ' ἣν εὐκασιν ἀλλήλους (substantiæ primæ, verbi gratia) οἱ ἄνθρωποι.
 καθότι εἰσιν ἄνθρωποι καὶ τὰ ζῶα, καθὸ ζῶα, ut iterum Ammon. Qui volet,
 conferat cum dictis ipsum Aristotelem in *III. Met. c. VI. l. VII. c. XIII. categ. c. V.*
Soph. c. XXII. §. 17. Quia tamen & secundæ substantiæ in ratione
 sua materiam quandam involvunt, licet non talem, quæ digitis
 quasi monstrari possit, ut in *VII. Met. c. XI*. docet Philosophus:
 hinc fit, ut & ipsæ suo quodam modo τὸδε τι notent, licet non τῇ
 αἰσθησὶ sensu, tamen τῷ λόγῳ ratione (ita ex Aristotele τὸδε τι di-
 stinguunt Themist. in *II. de An. init.*) & propter id τὸδε τι apud Phi-
 losophum sæpè substantias etiam secundas complectitur ut in *VII.*
Met. c. 1. l. 1. de An. c. VII. § c. 1. l. 1. de Gen. § Corr. c. III. ut adeò in
 propria suâ significatione τὸδε τι notet subjectum definitum spe-
 cie seu forma h. e. substantiam compositam ex materia & forma si-
 ve illa prima sit, si ve secunda: μάλιστα tamen κατ' ἰδιότητα illam.
 Neq; aliam τὸδε τι quando de naturalibus usurpatur οὐσίαις, signi-
 ficationem habebit. Quod autem τὸδε τι hoc loco ejusdem sit pote-
 statis colligitur ex *lib. VII. Met. c. XIII*. ubi Philosophus τὸ ὑποκεί-
 μνον, id quod alteri subjicitur, duplex facit: Vel enim, inquit,
 ὑποκείμενον alteri, ut materia actui: vel ὡς τὸδε τι ὄν, ὡς περὶ τὸ ζῶον
 τοῖς πάθεσιν, ut hoc aliquid existens, ut animal passionibus. Quæ
 posterior significatio quod huc pertineat, palàm est. Notavit ve-
 rò hoc & Dexippus, qui filius fuit Iamblichii, ut apparet ex proœ-
 mio *Simpl. in categ. in 1. quæstion. in categ. Arist. c. XXI*. Sciendum
 est, inquit, subjectum ἔξ ὁμοίων ἔξ ἀντιθέτων etiam senten-
 tia esse duplex: unum quod primum subjectum dicatur, cujusmodi est

V: Alex.

c: XI. lib: 1.

quest. na-
tur.

Comm: in

categ. c. V.

mate-

materia qualitate omni carens: alterum secundum, quod qualitate affectum est, cuiusmodi est Θ as Θ Socrates iis qua ipsis insunt, aut de ipsis predicantur. Aristoteles itaq; secundum subjectum in doctrinam assumens omne id quod non in essentiali modum alicui inest, in subiecto esse inquit. Quia imò si accuratius adhuc mentem Philosophi expendamus τὸ π in definitione nostra ei κρυπτότατα significare videtur subjectum individuum, quod primam substantiam vocari dicebamus. Accidentia enim ὅτι τῶν ἀτόμων προσηγμένως ὑφίσταται, ait Porphyrius in Isag. c. X.

§. 4.

§. VII. Quicquid verò huius rei sit, illud ex hæcenus dictis fat clarum est, illud π in quo alterum ceu in subiecto esse dicitur, esse substantiam determinatam à specie seu forma. Quo posito manifestum simul est, quid respondendum sit objectioni de formâ. Est quidem hæc suo quodam modo in materia velut in subiecto, ut apparet ex loco lib. VII. Met. §. VI. citato & II. de An. c. I. Sed non est in ea ut subiecto tali, quod hoc loco sub considerationem venit & Stoicis δεύτερον ὑποκείμενον dicitur: quoniam materia non est π, utpote ἀόριστος existens, ut diximus §. V. Δυνάμεις quidem h. e. potentiâ π vel τὸδὲ π est, ut docet Philosophus in IX. Phil. vel ut Themistius in II. de An. ait οἷον ὁ φύλα πρὸς τὸ καὶ παρασκευὴ πρὸς τὸ γενέσθαι τὸ δὲ π: actu tamen & per se ipsam μήτε π, μήτε πρὸν, μήτε ἄλλο μηδὲν λέγεσθαι, οἷς ὄρισται τὸ ὄν, quæ sunt propria Philosophi nostri verba in VII. Met. c. III. Nempe ut cera neque cylindri, neque pyramidis, neque coni, neque cubi, neque tesseræ aut similibus figuram in & per se habet, apta tamen est ad suscipiendas has omnes: Et ligna domesticis instrumentis materiâ subministrantia formâ omni privata sunt, quæ in eis spectatur: nam neq; sedilis formam habent, neque abaci, neque alterius id genus ullius (quo simili Ammon. utitur in Categ. V.): Ad eundem modum materia in se π non est: neque enim ignis, neque aër, neq; aliud quid tale: apta tamen est ad suscipiendam formam πινός & per hanc fieri actu π. Hanc objectionis solutionem vidit olim Alexander, cuius verba quia insignia sunt, ideò integra adscribere non pigebit: οὐ οἷον τὸ εἶδος ἐν ὑληὶ ὡς ἐν ὑποκειμένῳ εἶναι εἶγε τὸ ἐν ὑποκειμένῳ εἶναι, ὅ ἐν τινὶ μὴ ὡς μέρος ὄν, ἀδύνατον χωρὶς εἶναι τὸ ἐν αὐτῷ εἶναι. δεῖ γὰρ τοῦ υποκειμένου ὄντι τοδεπεῖναι. οὐδὲν δὲ πρὸς τὸ εἶναι ἐνεργεία τὸ

Conf. Plato in Timæo.

τὸ δὲ τι καὶ τὸ ἐν ᾧ λέγεται εἶναι, χωρὶς εἶδους. Διὰ τὸ γὰρ οὐδὲ ἡ ὕλη αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν, ὑπόστασιν ἔχει δύναμις ὅτι μηδέπω τὸ εἶδος ὅτι ἐν αὐτῇ ἕκαστον γὰρ τῶν ὄντων, μὲν εἶδος ἐστὶ τὸ δὲ τι καὶ γὰρ τὸ εἶδος πάν ὅτι τοῦτο ὁ λέγειται. ὥστε ὅτι ἂν εἴη ἐν ὑποκειμένῳ τῇ ὕλει τὸ φυσικὸν εἶδος. Hæc Alexander in II. de An. quæ cum planum præ se ferant sensum, ideò transferre ea supervacaneum esse censemus. Tantum igitur abest, ut definitio nostra formæ substantiali competat, ut potius accidens ab ea egregiè distinguat. Accidens enim petit esse in substantia definita & determinata, quæ per actum sit π vel τὸδε π: at forma substantialis vult esse in materia, quæ per se π non est, sed fit demum π per formam, quod accidentis & formæ substantialis discrimen ubique ferè ex Aristotele inculcant Græci.

§. IIX. Dices: At ita materia nihil prorsus erit nisi δύναμις? Quod si verò actu est & quidem substantia, quomodo negatur esse π? Resp. Duas de materia apud Græcos Aristotelis interpretes reperiri sententias. Quidam eorum existimant materiam nihil aliud esse quam potentiam recipiendi formas indeterminatè: determinatam enim potentiam ad hanc vel illam formam corrumpi præsentem forma, indeterminatam autem ipsius nequaquam. Quâ in sententia videtur fuisse Alexander, nec non Ammonius, quando in lib. categ. c. VI, si tamen ex propriâ mente, ita ait: ἡ πρώτη ὕλη ἀσώματος οὐσα καὶ ἀείδεται, καὶ ἀσχημάτιστος πρότερον ἐξογκωθεῖσα, ποιούται, καὶ τὰς τρεῖς διαστάσεις δέχεται, καὶ γίνεται τριχῆ διαστατὸν, ὁ φησὶν ὁ Αριστοτέλης, δεύτερον ὑποκείμενον εἶθ' οὕτω δέχεται τὰς ποιότητας, καὶ γίνεται σύνθετον, καὶ ποιεῖ τὰ στοιχεῖα. h. e. Prima materia, cum incorporea, informis & infigurata sit, prius in molem elata quantitatem consequitur ac tres dimensiones capit, fitq; triplici præditum distantia, quod secundum subjectum Aristoteles appellat: tum qualitates recipit & fit compositum facitq; elementa. Quod si verò ἀσώματος per naturam est materia, cogitari sanè non potest quid actu esse dicenda sit: sed citra dubium tota ejus ratio ἐν τῇ δυνάμει erit sita. Aliis tamen recedendum videtur ab hac sententia. Materia n., inquiunt est pars compositi, ut æs æneæ statuæ I. III. Phys. t. 66. & cū forma componit τὸ σύνολον: at potentia, quæ in actū transit, non componitur cum actu. Si ergò materia tantum esset δύναμις,

C

μη,

μει, non componeretur cum forma, quæ actus est, sed transfiret in
 formam: & quod hinc sequitur, non essent duæ naturæ in com-
 positis, materia scilicet & forma, sed forma tantum, ut eis contingit,
 quæ sine materia sunt. Dicunt igitur materiam *Quibus* modis con-
 siderari posse 1. ut est materia & sic rationem *Quæ* tam esse ἐν τῇ
 δυνάμει. 2. ut est *subjectum actu existens*, quod præexistere oportet in
 generatione. Hanc doctrinam sectatur *Themistius* in 1. Phys. Ma-
 teria, inquit, ὅταν ὡς ὕλη τινος λαμβάνηται, τότε ἔσται μετὰ σερή-
 σεως καὶ τῆς δυνάμει. λέγεται γὰρ ὕλη τῆς μήπω γεγενημένης ὅταν δὲ ὡς
 ὑποκείμενον οὐ πάντως μὲν σερήσεως. ὑποκείσθαι γὰρ οὐ κωλύεται
 καὶ τῷ ἐνυπάρχοντι εἶδος. Et paulò ante: ἡ ὕλη ὡς ὑπάρχουσα ἐνεργεί-
 α. οὕτως ὕλη τινῶν εἶσι. καὶ τὸ δυνάμει πρὸς ταῦτα ἔχει. Cum
Themistio facit & *Simplicius*, item *Philoponus* & alii. Qui porro in
 eo convenire videntur, quod statuunt *subjectum illud ἐνεργεία*
ὑπάρχον, quod sit materia aliorum esse corpus, quæ corpus (ut
 corpus substantiam notat). Inde *Simplicius* materiam vocat *ἀόριστον*
ἀδιόριστον: *Themistius* spatium suapte naturâ finibus exem-
 tum, indistinctum ac indeterminatum: *Philoponus* corpus ἀποιον &c.
 Quæ ex his sententiis verò magis congruat, inquirere nobis nunc
 propositum non est. Juxta neutram tamen materia est τι vel τόδε τι
 per se. De priori res per se manifesta est. De posteriori autem,
 hinc liquet: quia corpus quæ corpus naturæ indeterminatæ est, ut
 intelligi potest ex illis laudatorum Autorum locis, quæ modò ci-
 tavimus: & licet sit actu, non tamen est per actum, à quo solo res in
 genere φύσεως habet ut sit τί. Vel est quidem τόδε, sed non est τό-
 δε τι. οὐδὲν γὰρ τόδε τι χωρὶς εἶδους, ut supra dicebat Alexander.
 Videat, cui volupe est, *Casalp.* in IV. quest. *Perip. quest. VII.* Sit ergò
 objectio tertia ad istum modum soluta.

§. IX. Placet tamen nostræ subjungere adhuc solutionem
Ammonii, quæ comprehensa est in Commentatio his verbis λέ-
 γομεν, ὅτι ὁ σκοπὸς ἐνταῦθα τῶ ἀριστοτέλει ἀλαβεῖν πρὸς τῶν ὄντων
 οὐχ' ἢ ὄντα εἶναι, ἀλλ' ἢ σημαίνοντα ὑπὸ τῶν πολλῶν ἀνθρώπων καὶ
 οὐκ αὐτὰ τὰ δοκούντα αὐτῷ ἀλεχθῆναι πρὸς αὐτῶν. h. e. Dicimus
 hoc loco propositum esse Aristoteli non agere de entibus, quatenus sunt entia,
 sed quæ significantur ab hominum multitudine, neq. esse de iis ex propria
 ipsius sententiâ dissertum. Cujus signum esse ait, quod substantiam
 ἄτο-

in categ.
 c. 2.

ἄτομον in c. V. primam dicat, secundam autem quæ in generibus & speciebus se spectandam offert, nempe ex vulgi opinione, qui illius saltem notitiam obtinet: cum aliàs in rei veritate hæc illa prior sit, utpote αἰτία οὖσα τῶν ἀτόμων καὶ αἰεὶ καὶ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσα. His subjungit Ammonius: ἐπειδὴ οὖν τοῦ εἶδους, ἢ τῆς ὕλης ἔννοιαν οὐκ ἔχει ὁ πολὺς ἄνθρωπος, μόνον δὲ οἶδε τὸ ἐκ τούτων σύνθετον, καὶ τοῦτο ὡς ἓν, Ἄρα τοῦτο ὁ ἀριστοτέλης καὶ εἰ κατηρηθεῖτο τὰ τὲ ἓν τινι σημαίνοντα, οὐ καὶ ἐμνήσθη τὲ ὡς εἶδους ἐν ὕλη, ἅτε δὴ μὴ πρὸς τῶν ὄντων, ἢ ὄντων ὅτι λεγόμενον, ἀλλὰ καὶ τῶ πολλῶ ἀνθρώπων δοκοῦντα περὶ αὐτῶν. Quoniam igitur formæ ac materiæ notionem vulgus perspectam non habet, sed solum ex iis compositum & quidem velut unum: ea propter quamvis, ejus quod in aliquo est, significata Aristoteles enumerasset, non tamen ejus, quod ceu forma in materia est, meminisset, non ob id ullam reprehensionem promeritus fuisset, quasi non de entibus, qua entia sunt, sed ut de iis vulgò videtur sermo sit. Quæ porro simili exemplo declarat Ammon: Sicut, ait, punctum definiens Geometra, id ipsum esse ait, cujus pars nulla est: quæ quidem definitio non punctum solum, sed & unitatem comprehendit & ipsum νῦν (unumquodque enim horum ἀμερές est) nec tamen ob id Geometra reprehendi debet, quod definitionem puncti dederit, quæ hæc etiam complectatur: quia protinus id ei objicienti dicet: quanquam unitas & ipsum νῦν sint ἀμερῆ, nulla tamen mihi subjecta res est, quæ ἀμερές sit præter punctum. Sic Aristoteles quoq; quod ad institutæ ei doctrinæ intentionem attinet, esse in aliquo id quod est ut forma in materia non novit: siquidem hujus actionem non habet bona pars hominum: vult autem hîc, ut dictum est, non de entibus quæ entia sunt verba facere, sed ἢ σημαίνονται ὑπὸ τῶν δὲ φωνῶν, καὶ τὰ τοῖς πολλοῖς δοκοῦνται. Hactenus Ammonius. Quæ nobilissimi Interpretis responsio huc redit: non esse reprehendendum Philosophum ob id, quod definitio τὲ εἶναι ἐν ὑποκειμένῳ ab eo tradita etiam formæ ad materiam relatæ suo quodam modo conveniat (si videlicet τὸ πῖ latius extendatur) cum saltem ei quod πρῶτον libri *Categoriarum* objectum est, quoq; reliqua omnia, quæ in eo traduntur, velut regulâ quadam mensuranda sunt, nihil in sit dicto in definitione modo, quod non in sit ὡς ὑποκειμένῳ sive ut accidens (quod prædicamentale vocant): πρῶτον autem libri ὑποκείμενον esse Substantiam sin-

gularē compositam ex materia & forma. Nēmpē ex *Aristotelis* & *Græcorum* sententia *Categoriæ*, quas in isto libro considerat. *Philosophus*, nihil aliud sunt nisi diversi prædicandi modi, seu ut ipse (si modò *Aristoteles* Autor est libri *Categoriarum*, de quo dubitavimus ante) in *V. Met: VII.* vocat, varia *ἑνὸς τῶν κατηγοριῶν*, & quidem *πρώτως* de Substantia singulari. (Hinc enim factum videtur, ut *Aristoteles* enumerans prædicamenta non diceret esse ea vel *ἰστίαν*, vel *ποσότητα*, vel *ποιότητα*, vel *πένησιν*, vel *πάθος*: Sed vel *τι*, vel *ποσόν*, vel *ποιόν*, vel *ποιεῖν*, vel *πάσχειν* &c. l. *VII. Met. c. 1. l. 1. Top. c. IX.*) Considerat verò eas libro isto non *πραγματικῶς*, sed *λογικῶς*, sive ut *Philoponus* loquitur *κατ' ἐννοιαν*, secundum opinionem vulgi, cui illa sola ex substantiis singularibus nota est, quam compositam modò, dicebamus ex materiâ & formâ. De ea igitur intelligendum est quod ait quædam ex illis, quæ in *Categoriis* continentur, esse in aliquo ceu in subjecto. h. e. ita ut non sint pars, neque tamen esse possint sine eo, in quo sunt. At hoc modo forma substantiæ singulari non inest, ut infra patebit. Hæc, inquam, summa est responsionis *Ammonii*.

§. X. Quâ quidem superare possumus & aliam difficultatem. Possent enim quis dicere, stante etiam istâ explicatione, quæ *τι* idem esse vult in definitione *τὸ ἐν ὑποκειμένῳ* quod *τόδε τι*, non esse illam ab omni labe immunem, quia non conveniat accidentibus, quæ substantiis quibusdam *αὐταῖς* ὡς *ὑποκειμένῳ* plurimorum consensu insunt, v. gr. disciplina & Scientia animæ nostræ. Has tamen non esse *τόδε τι*, cum nihil tale quid sit sine materia. Respondere, inquam, possumus posito quod ita sit, non mirū esse, si definitio *τὸ ἐν ὑποκειμένῳ* hîc tradita, accidentibus illis non conveniat, cum hîc non definiatur omne id, quod quomodocunq; est in Subjecto: Sed id quod est in Substantia singulari vulgò nota ut in Subjecto: Hæc autem est substantia composita ex materia & forma, sub cuius ambitu substantiæ istæ non comprehenduntur. Inde *Simplicius comm. in Categorias*: *ὃ πρόκειται αὐτῷ*, inquit, *περὶ τῶν νοητῶν ἰστίων νῦν εἰπεῖν ἀλλὰ τῶν αἰσθητῶν τὴν φύσιν καὶ τάξιν ὁρᾶσθαι*. Non propositum est ipsi de intelligibilibus substantiis nunc dicere, sed sensibilem naturam & ordinem tradere. Dicas I. Quomodo ergò *Philosophus* Deum in *Categoria* substantiæ locat in
lib. 1.

lib. 1. Moral. c. VI. l. 1. Eud. c. XIX. lib. VII. Met. c. 1. si ipsi in Cate-
 goriis non de intelligilibus, sed compositis substantiis solum dis-
 ferre propositum est. Ut respondeamus præsupponimus, rem ali-
 quam dupliciter considerari posse, Φυσικῶς & λογικῶς. Φυσικῶς
 quidem, quando ἁπλῶς ejus indagamus, ut ait *Ammon. in Porph. Isag.*
c. 1. h. e. spectamus eam, ut fert propria ejus natura. λογικῶς autem
 quando eam tractamus παχυλῶς, secundum ἄξιωμα τῆς περιηγο-
 ρίας, καὶ δόξαν πολλῶν h. e. Averroë interprete, secundum famo-
 sitatem: *Ammon. l. c.* addit his tertium modum, quando rem per-
 scrutamur θεολογικῶς, secundum primū principium, à quo fluxe-
 rit. Theologi enim sive sapientis (θεολογία scil. & σοφία idem no-
 tant *V. VI. Met. 1.*) est, primum entium inquirere principium, *lib. 1. Met.*
 quod præter *Aristotelem & Platonem* docuit quoque *Peryeliones Py-* *c. II.*
thagoræus Philosophus in *lib. de Sapientia*, cum ait: ὅστις ὢν ἀναλύσαι *apud Sto-*
 οἶός ἐστι πάντα γένη ὑπὸ μίαν καὶ τὰν αὐτὰν ἀρχάν, καὶ πάλιν ἐκ *baum*
 ταύτας συνθεῖναι καὶ ἀριθμᾶσθαι, τὴν δοκεῖν σοφώτατῶ εἶναι, *serm. I.*
 καὶ ἀληθέσαι. *Quisquis resolvere potis est omnia genera in unum*
idemq; principium iterumq; ex eo componere & enumerare, hic sapientis-
simus esse & verissimus videtur. Sed hic tertius considerationis mo-
 dus à præsentī instituto alienus est. Priores autem duo Deo quoq;
 accommodari possunt. Quatenus igitur is consideratur Φυσικῶς,
 ut fert ejus natura, non est in categoria ulla. Simplicissimus enim
 est & summè ἀδιαίρετος, in quo non distinguntur esse & essentia &
 ob id cognoscibilis simplici νοήσῃ, quæ nullam admittit σύνθεσιν, si-
 mili τῷ τίγειν vel τῷ ὄρᾳν *lib. III. de An. c. VI.* Quæ autem in cate- *al. c. VII.*
 goriis sunt, quatenus in eis sunt, nō cognoscuntur nisi per compo-
 sitionem τῆς Δεανοίας: quoniam κατηγορία est ἀγόρευσις τινός κα-
 τὰ τινός, teste *Ammon præfat. in Isag. Porph.* vel modus prædicandi
 generalis de aliquo: Nihil autem prædicatur de altero citra συμ-
 πλοκὴν τῆς Δεανοίας. Ut autem spectatur λογικῶς secundum νοήσιν
 καὶ δόξαν multorum, eatenus Deus in prædicamento esse dici pot-
 est. Apprehendunt enim Deum per compositionem & divisionem
 τῆς Δεανοίας affirmando vel negando quid de Deo. At hi ipsi non
 apprehendunt Deum separatū ab omni materia sed tanquam sub-
 stantiam quandam corpoream v. gr. tanquam hominem quendam,
 vel flatum omnia pervadentem, vel ad simile quid. Inde & Deus in

S. literis huic apprehensionis modo se accommodare voluit, sicut egregie hac de re Philo ait: *Scripura Sacra semper de Deo loqui reverenter est solita: tamen ut rudes homines erudiret, homini eum comparavit atq; ei membra, motus & voces non veritatem, sed utilitatē discen- tium respiciens tribuit, quia pleriq; Deum nequeunt sine corpore cogitare.*

§. XI. Sed perget quis II. instare; si Aristoteli solum propo- sitū fuit definire τὸ εἶναι in substantia composita velut in subjecto, cur ergo ipse (vel quicumque libri Autor est) cum explicaret de- finitionem τὸ εἶναι ὑποκειμένῳ, usus est exemplo Grammaticæ & ἀ- πλῶς scientiæ relatæ ad animam? Verba ejus hæc sunt: οἷον ἢ τις γραμματικῆ, ἐν ὑποκειμένῳ μὲν ἐστὶ τῆ ψυχῆ. Quibus consonant quæ post unam, atq; alteram lineam interjectam sequuntur: ἢ Ἰπ- σίμη ἐν ὑποκειμένῳ μὲν ἐστὶ τῆ ψυχῆ. An dicendum est Philosophum hoc velut exemplo analogico utum fuisse, quod familiare *Aristote- li* esse notissimum est? Conf. *i. Phys. VII. IX. Met. VI. &c.* At exempla analogica oportet esse γνωριμώτερα clariora. Obscurius verò est, quomodo Scientia se habeat ad animam, quam quomodo albedo v. g. ad parietem. Cur igitur non hoc potius exemplo aut alio simili usus est? An dicendū verba ista τῆ ψυχῆ non esse Philosophi, sed ab Interprete aliquo, qui non satis mentem ejus assecutus, fuisse adje- cta? *Ammonius* certè ea non videtur agnoscere; Ait quidem *Philoso- phum* dicere Grammaticam quandam esse in subjecto, verum non addit ἐν τῆ ψυχῆ in anima. Imò id non potuit dicere, si quidē Autor libri est *Aristoteles*, vel si vestigiis saltim ejus insistere voluit: τὸ δια- νοεῖσθαι enim ἢ μαθάνειν ἢ Ἰπσιεσθαι juxta eum non sunt affectio- nes animæ, sed compositi, nec satis aptè anima dicitur discere, ra- tiocinari, scire, sed aptius ὁ ἄνθρωπος τῆ ψυχῆ lib. i. de An. C. V. In- terea si dantur accidentia quædam, quæ Substantiæ cuidam im- materiali verè ὡς ὑποκειμένῳ insunt; eaque quispiam definitio- ne nostra τὸ εἶναι ὑποκειμένῳ complecti velit, ei τὸ τί latius aliquan- τὸ extendendum fuerit, ut dicat significare illud in communi sub- stantiam, quæ determinata est sive per speciem & formam, quæ supra τὸ δεπ significare dicebatur; sive per se ipsam, ut actus omnis per se subsistens, qualis est substantia αὐλ. In eo n. hæc ab actu seu for- ma naturali differt, quod per se ipsam definita sit, καθ' ἑαυτὴν μένεται καὶ ἔχει ἑτέρας ὁρ.: cum forma naturalis definita non sit, sed potius alte-

alterius ὅριος, καθ' ὃν ὀρίζεται alterum illud: quæ & causa est, quod per se manere non possit, uti ex Aristotele in III. de An. c. V differit *Simplicius*. Quare substantia quidem αὐλος τι est nempe per se: forma autem naturalis non est τι, si ἀκριβῶς velimus loqui, sed τινός potius, nempe ὅρος sive tale quid, per quod alterū est τι: consequenter in illâ quidem quidpiam ὡς ἐν ὑποκειμένῳ esse poterit, nisi aliud id prohibeat, in hac autem nequaquam, sed in substantiâ, cuius hæc ὅριος est. Et huc respexisse alicui videri possent quidam *Græcorum Interpretum*, quando promiscuè ea, quæ actu sunt in categorias distributa esse dicunt τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐντελεχεία μόνον, οἷον τὰ αὐλά εἶδη ἢ πρῶτα. τὰ δὲ ἐντελεχεία ἢ δυνάμει, οἷον τὰ σύνθετα ἐξ ὕλης ἢ εἶδος-ὅσα δὲ ἐντελεχεία εἶναι. ἢ ὡς εἰσία εἰσὶν. ἢ ὡς ποσὰ, ἢ ὡς ποιά. ἢ ὡς τις ἄλλη κατηγορία, ait *Themistius* in III. Phys. c. i. H. e. Eorum quæ sunt, nonnulla actu solum sunt ut immateriales & prime substantia. Quædam vero actu & potentia, ut composita ex materia & specie. Quæcumq; verò actu sunt, sunt vel ut substantia, vel ut quanta, vel ut qualia, vel ut alia quædam categoria. Confer *Philoponum* in comm. istius loci. Nobis de primo definitionis τὸ ἐν ὑποκειμένῳ membro hæc dixisse sufficiat.

ΕΠΙΜΕΤΡΑ.

I. Ex §. III. liquet ὑπάρχειν Aristoteli non idem esse quod inhærere. Inde & in II. M. M. XI. amari & cognosci rebus inanimis ὑπάρχειν dicit, quibus inhærere illa nemo facilè dixerit.

II. Contingentem propositionem universalem negativam universaliter converti posse negat *Philosophus* lib. i. Prior. c. III. contra affirmat apud *Alex.* in i. Prior. c. XVII. *Theophrastus*, qui quidem huic fulcro inniti videtur, quod ^{negationi} propositionis universalis negativæ τὸ ἐνδέχεσθαι ὑπάρχειν æquipolleat particularis affirmativa τὸ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν. Quod nos, qui *Aristotelis* vestigiis insistimus, *Theophrasto* non concedimus.

III. Libertas arbitrii in voluntate sita non est, si vocabulū voluntatis in sensu *Aristoteleo*, de quo videre est ad III. Ethic: IV, accipiatur.

IV. A Metaphysica, si quidem sapientia ipsa est absolutè dicta, considerationem Dei naturalem removeri non posse alibi diximus: quod nunc illustrare paululum lubet: Is n. absolutè sapiens est, qui omnia entium genera in unum idemq; principiū resolvere potest, (ut supra dicebat *Peryætiænes* §. X): qui hoc ipso ἢ καλὰν σκοπιὰν

πάντων ἀνθρώπων (δοκῆι, ἐφ' ἧς δυνατὸς ἐστίται, τὸν τε θεὸν κατόψεσθαι,
ἢ πάντα τὰ ἐν συστοιχίᾳ τε καὶ τάξιδ' ἐκείνους κατακεχωρισμένα, phil-
chram speculam invenisse videtur, in qua & Deum possit contemplari &
omnia, quae in eadem serie sunt & ordine ab ipso sejuncta. Archytas quoq;
Pythagoreus in lib. de viro bono & beato σοφίαν τῶν θεῶν ἐπιστάμωσαν sa-
pientiam divinarum rerum scientiam vocat. Et Plato in Timaeo docet
p. 485. sapientis esse πρῶτας rerū αἰτίας μετὰ δὲ ἴσκειν: neminemq; posse dici sa-
pientem, sine cognitione optimi, in Alcibiade β. Conf. Arist. lib. VI. Eth.
al. VI. c. VII. 1. Met. c. II. Porro consideratio Entis in considerationem Dei
p. 13. incidit, Deus n. est πρῶτως ὄν καὶ μηδὲν ἄλλο ἢ ὄν, ut dicit Eustrat. in 1.
Eth. IV; quod optimè cum Scriptura consentit. Vid. Exod. III. 14.

V. Non est absurdum nec repugnat primo principio axioma-
tico dicere idem simul posse esse quidpiam & non esse. V. IX. Met. IX.
& Alex. II. quest. natur. XV.

VI. Si Dialectica ars est adeoq; habitus, quo intellectus noster
affirmando vel negando semper verum & nunquam falsum dicit
V. VI. Eth. III. & II. Post. XIX. quomodo de ea dicit Philosophus,
quod ex suis principiis concludere possit utramq; contradictionis
partem? 1. Rhet. II. Responsionem non esse difficilem putamus.

VII. Dialectica πρότασις & problema Dialecticum inter a-
lia in hoc differunt. Propositio Dialectica semper est ἐνδοξὸν &
nunquam ἀδόξον: Problema a. Dialecticum ἀδόξον esse
nihil prohibet. Inde Philosophus: Licere Dialectico & θεῶν διαφυ-
λάττειν: h. e. ingenii acuendi causa absurdum quoq; dogma (modò
non sit contra Deum & honestatem) tueri V. lib. 1. Top. c. X. & XI.
VII. Polit. 1. & Alex. in 1. Top. X. Talia ἀδόξα sunt, si quis ἀλακλι-
κῶς tueri sustineat v. gr. Definitionem illam, quae homo dicitur animal
rationale, non habere ἀπαντὰ ὄντως, ut in proverbio dicitur i. e. non
esse accuratam: Verum & bonum non esse affectiones entis: A privatio-
ne ad habitum dari etiam naturaliter regressum: &c. quae nos exerci-
tium gratia adversus contrasentientes defendere conabimur.

IX. Prædicationem nonnulli dividunt in Paronymicam &
Synonymicam: & Synonymicam quidē putant idem valere quod
essentialem: Paronymicam autem idem quod accidentalem: quae
explicatio longissimè à mente Aristotelis recedit, etsi Auto-
res isti secus se rem habere arbitrentur.

F I N I S.

Coll. diss. A 138, 48